UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

Formula exercendi actum contritionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46785

Visual Library

FORMVLA EXERCENDI actum Contritionis.

DOMINE mi IESV CHRISTE, fili Dei viui, qui verus ipſe DEVS es, verus homo, Creator & Redemptor meus, quia amo te ſuper omnia, doleo ſūmè ac ex toto corde pœnitet me, quod te offenderim ſummè ſanctum, fontemq́; omnis bonæ voluntatis, auctorem gratiæ. Statuo firmiter nunquam me amplius peccaturum & ab omnibus peccandi occaſionibus me romoturum, ac omnia peccata ritè confeſſario detecturum omnemq́; quam ille mihi pœnam iniunxerit, obiturum. omnia quoque mea opera, & labores, ac totam vitam tibi offero ad ſatisfaciendum pro delictis meis. A tua ergo infinita bonitate & clemētia peto ſuppliciter (quam & me ſpero per tuum pretioſum ſanguinem, & merita impetraturum) peccatorum veniam & gratiam ad vitam rectè inſtituendam, & ad perſeuerandum in bono vſq; ad mortem.

Aduer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aduerte actum contritionis non ſolum ore, ſed etiam attento corde perficiēdum eſſe. Et ſi ita fiat, ſufficere diuino fauore ad quemuis enormē peccatorem in gratiam reſtituendum. Sed quia credimus aliquādo nos debite contritos eſſe, nec tamen reuera ſumus, operæ pretium eſt pro maiore certitudine adiungere actui contritionis Sacramentū Confeſſionis, quo vt merita ſanguinis Chriſti nobis applicantur, ita imperfectus dolor ſiue attritio perficitur, ac mutatur in veram contritionem.

INDVLGENTIAE MILLE *dierum, conceſſæ recitantibus ad ſonum horologij Salutationem Angelicam.*

QVo magis antiqua erga Deiparā Virginem, deuotio excitetur, Leo fœl. record. Papa X. & poſt eum Sanctiſs. D. N. Paulus V. confirmauit indulgentias mille dierum omnibus fidelibus, qui ad ſonum horologij dixerint ſemel ſalutationem Angelicam, vt refertur latius in meditationi-